

Ann. VI.

Num. XVII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNĄ", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap.

et S. Rit.

Congr. Typ.

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAЕ SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap.

et S. Rit.

Congr. Typ.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap.

et S. Rit.

Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

S. Sed. Ap.

et S. Rit.

Congr. Typ.

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

ALOISIO GONZAGA MANTUANI EPISCOPI VOTUM	PIVS PP. X.
URBANI MILITIS MEMORIAE	I. Antonelli.
DE SUMMI PONTIFICIS CORONATIONE	G. P.
DE PONTIFICIS ROMANI TRIPLICI DIADEMATE	H.D.V. Pieralice.
PONTIFICIAE DOMINATIONIS AUSPICATIO	Senior.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa	I. B. Francesia.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus	I. Lipsius.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI	Subalpinus.
ANNALES	Propoplicola.
DIARIUM VATICANUM	Actuarius.
AENIGMATA	Fr. Palata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCLIII

Sociis et lectoribus Commentarii nostri vehementer commendamus instrumentum,
quod, rei proprietate sibi vindicata, confecit

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Corso Umberto I, 219),

eui machinae nomen est:

SCRIPTOR AUTOMATICUS

(ITALICE "COPISTA AUTOMATICO ,");

quippe inter horas tres quodvis scriptum, qualibet in charta, millies reddat: epistolas, litteras eodem exemplo ad plures dimittendas, consultationes, edicta, invitationes, nuncia, acceptorum et datorum rationes, libellos, lineas vel figuræ descriptas, exemplaria, formas, musicen, et alia.

Societas ipsa fidem praestat Scriptorem hunc Automaticum tribus horis ex uno chirographo mille et ultra exempla exhibere, eaque omnia pariter nitida atque perfecta: — quinque temporis momenta satis esse ad eius usum discendum; — chirographumque celeriter scribendo, non secus ac communi quovis calamo, parari.

Instrumentum, utili spatio disponens cent. 23 X 34 novum et ex omni parte perfectum **venit** libell. 45; atramenti ampulla (per aliquot menses sufficiens) libell. 4; folia singula ad chirographum scribendum libell. 0,15.

Premium solvi potest cum traditur merx; portatio vero fit ad impendium iubentis.

Una cum Automatico Scriptore paucae eaque simplices institutiones ad rite ipso utendum necessariae mittuntur.

GRATUITO

quisque habebit et experimentorum specimina et opuseculum continens **plus sexcenta** de re iudicia.

Omnia petantur a

SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Corso Umberto I, 219).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregations » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia
Lib. 15, M

A

S

E

(1) Iosephus S
Seimus enim eum ex
scriptorem concinne
ab Eo tunc Mantua

URBANI M

VATICANIS sup
diebus oculare
fuiimus, quippe e
et Leone XIII ad
ratorum Patrum
aut excubias dux
Quirites Petri ea
cum sociis ventita

Quare, etsi adve
aveo, — longinqua
numquam occidui
inter vigiles nostros
passim eives cuius
supremo inquisitu
adveniebant inde
ad vigilantes nostros
ostia aedium usq;

At postquam
mensem fere int
vit, quo, meridiani
canicula, nunciu
mus de Leonis
vetici concurrente
communiuntque e
paullatim Purpur
morienti Seni ad
tacent undique ae
et amplius tot ei
straverant.

Sed iam hora a
cendum vice extre
mus. Iacet rigidu
rati eramus praeva
senio obsitum, in
cens: serico in l
iacet; ad latus e
cente galea, rubro

VOX URBIS

ED LITTEISR ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 8, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

ALOISIO GONZAGA

MANTUANI EPISCOPI VOTUM. ⁽¹⁾

*Sospitet Angelicus caelesti rore iuuentam,
Extollit fervens quae thura precesque Ticini.*

PIVS PP. X.

(1) Iosephus Sarto ad Supremi Pontificis manus nuper evectus, pro sua humanitate a litteris non abhorret. Seimus enim eum exquisitum flexanumque oratorem et latinarum litterarum, in quas ab adolescentia incubuit, scriptorem concinnum. Argumento sit hoc epigramma, ob centenaria solennia Aloisio Gonzaga tributa, ab Eo tunc Mantuano Episcopo conditum, quod honori ducimus nostris paginis vulgare.

URBANI MILITIS MEMORIAE.

VATICANIS supremis tum nefastis tum fastis diebus oculares testes prope quotidie adfuimus, quippe cum civica honoraria cohorte et Leone XIII aegrotante, et concluso Purpuratorum Patrum senatu, denique Pio X electo aut excubias duxerimus, aut affectu moti, quo Quirites Petri cathedrae devincimur, passim cum sociis ventitaremus ad aedes.

Quare, etsi adveniat, — quam tamen non mihi aveo, — longinqua senectus, ex animo cadent numquam occidui in Damasiano atrio dies, cum inter vigiles nostros excubias agens, confluant passim cives cuiusque ordinis anxie de Pastore supremo inquisituri. Tenebrescente iam vespere adveniebant indefessi adhuc cives, quousque advigilantes nostri uni derelinquebantur per ostia aedium usque ad auroram.

At postquam has inter anxietates Iulium mensem fere integrum vidimus, dies maturavit, quo, meridianis sub horis, dum torret atrium canicula, nuncium a magistro Pontificiae domus de Leonis obitu datur. Custodes Helvetici concurrentes ad portas eas claudi iubent, communiuntque custodiam. Ab atrio discedunt paullatim Purpuratorum Patrum currus, qui morienti Seni adfuerant; nocte superveniente tacent undique aedes, quas a quindecim diebus et amplius tot civium gressus libero pede lustraverant.

Sed iam hora appropinquit, qua ad valedicendum vice extrema gelidis exuvias accedimus. Iacet rigidum corpus, quod toties demirati eramus praevalida valetudine, licet summo senio obsitum, in gestatorio throno benedicens: serico in lectulo, sericis sub tentoriis iacet; ad latus custodes corporis nobiles lucte galea, rubro sago, nudis ensibus excu-

bant. Trementes veneracione et dolore rubras auratasque caligas deosculamur....

Alius maturat dies: cum manipulis descendens per scalas regias quas vocant, ut usque in basilicam S. Petri armorum honores via supra exuvias darentur, in summis scalis cum decuria consisto.

Insonant ecce longius funebrium preces moestissimae, collucent brevi faces, descendit funerea pompa, tandemque, inter elata, honoris ritu, arma, lectica Patris appetit, quem sacer Senatus sequitur, quem sequitur ingens filiorum multitudo requiem impetrans erepto sibi lumen, duci, magistro. Quis temperaret a laetrimis?

Triduo deinde in basilica orbis maxima, in sacello SSmo. Christi Corpori asservando sacro, ad exuvias civibus salutantibus oblatis die nocteque custodiam fecimus. Qua frequentia cives advenerint enarrat nemo, nec aliter quam fluminis eiusdem ad instar retortis undis urbanos omnes incolas ante septa ferrea pertransire, orare, flere triduo vidimus: nobiles, urbani, helvetici custodes rigido ritu quasi statuae circum manebant in armis; citra septa italici vigiles turbam continebant.

Sed iam in templo iterum adsumus, cohors universa, daturi Patrem loco supremae quietis. Per templi silentia maxima pompa iterum inter faces helveticis et nobilibus custodibus stipata ex uno in oppositum sacellum procedit: flebili cantu mortuorum psalmos Xystini cantores iterant. Post diurna solemnia eaque tristissima, triplici feretro lente exuviae conduntur, ligneo, metallico, iterumque ligneo: singula feretra sigillis muniuntur; tabulae cuiusque peractae

rei singillatim ab Apostolicis Protonotariis describuntur; effertur tandem arca, funibus circumligatur, atque, suspensis rotulis innixa, in altum sublevatur, dumque ensibus, lanceis et manuballistis promissis milites consalutamus, reconditur.

Sex per dies adhuc saera inde funebria celebrantur; postrema tria in Xystino sacello a Patribus Purpuratis, quibus legati omnes exterrarum gentium omnisque aulica familia adest: custodiam et nos agitamus.

Iulius mensis ad finem properat: conclave est instructum. Equis memoria obruet recordationem novae illius pompae, itemque rarissimae, qua succedere Patres in conclavis septa demirati sumus? Equis absens vim sentiret cantus duleissimi illius Supernum Flamen precantis?... Patrum omnium vultus et adspicetus, passim commoti ad fletum, hinc inde milites stupore quodam religioso perfundebant.

Sed iam conclusae fores sunt, statimque ad portas excubare una cum helveticis custodibus instituimus. Die nocteque custodes positi, latrata loca: per silentia atriorum vasta, nonnisi aliquot militum gressus sonant, fenestrarum portis omnibus undique muris, aut septis, aut vallis circumunitis. Nos sub vesperas, in Vaticanum cavaedium, quod a « pulestro visu » nuncupant, convenientes ante excubitorum, spes atque timores de Pontifice novo eligendo alias cum alio communicare; hic unum, ille alterum protestari esse sibi in votis, quem aut amicitia prosequeretur peculiari, aut dignum prae certis solio Petri haberet.

Tandem die quarta mensis Augusti, quarta centuria ducente iuxta statutam vicem excubias, cum ipse adessem ad custodiam invigilandam, concurrere extemplo aulicos omnes ad rotam, quam primam conclavis dicebant, video. Insolitum tumultum miror; rogo causam; respondent: « Habemus Pontificem! » Quis sit adhuc omnes ignorant. Quid tamen reser? Habemus Papam; habemus!... Custodes vestire ornatus iubeo atque sic exspectare patatos, dum, morae impatiens, una cum subcenturione ad fenestras accedo, ac Vaticanam platem contemplor. Multitudine innumerabilis adest; sentiuntne Pontificem esse electum? Paulo post en revera media fenestra panditur, en Diaconorum purpuratorum senior procedit, atque elata voce clamat gaudium magnum se ferre.....: « Habemus papam... Iosephum Sarto... Pium X! » Resonant etiam nunc in scribentis auribus clamores, plausus, quibus urbanorum civium pectora laetitia exultavit! Redit ultro Pii IX memoria, redeunt quae patres viderunt nobisque narra-

runt: viri mansuetudinem, urbanitatem, paternum in subditos amorem... Atqui ecce similem quasi vultu, animo, pastorem habemus nobis datum a Deo, Venetiisque missum ex Italica urbe, post Romanam, gloriosissima, omniumque fere pulcherrima. — « Patrem antiquum restitutum habemus! » universa clamat civitas, atque tunc in templum confluit, ut apostolicam benedictionem primam excipiat.

A praesentibus enarratum audivi populi in templo maximo gaudium, eum tandem Pontifex advenit atque gregi in numero benedixit; ipse vero die Augusti mensis IX adfui, cum aureo diademate triplici ille redimitus est: ipse vidi. Vidi templum populo refertum undique: nullus amplius locus, spatium nullum, quo nova multitudo succederet. Vidi Pium illum prae affectus vi flentem, atque paene oppressum immanis illius multitudinis visu, cuius amoris impetus vix reverentia templi atque eius ipsius nutus comprimebant. Cum vero in suggestu ante maximum altare Pontifex ascendit, atque a seniori purpurato diacono est coronatus, fracta mora, multitudinis innumerabilis plausus ingens erupit, cuius fragore templum immane late diu insonuit altissime. Eo ritu inter ovantem turbam Pius PP. X discedit e templo rediens ad aedes Vaticanas. Ah si Deus dederit, si inde auspicium trahi liuerit, immortalitas in terris novo Pontifici, — quid die? — novo Patri fuerit comparata!

I. ANTONELLI.

DE SUMMI PONTIFICIS CORONATIONE.

Ad coronandum triplici diademate Pontificem dominicus eligitur plerumque dies, proximus electioni qui fuerit. Moris huius sanctus Papa Sylvester, vel a Constantini Magni aestate, dicitur institutor, ab hoc Augusto imperatoria, ut fertur, corona donatus; quo ambitioso munere cum uti nollet, minorem sibi eupivit, « quae Romae in thesauro templi S. Martini de Monte adhuc servatur, estque rotundae formae, in vertice acutae, altitudinis unius palmi, opere phrygio acupieto, serico, caeruleo et aureo, in qua B. Mariae eius (?) unigenitum infantem amplectentis, et hinc inde duorum Angelorum conspiciuntur effigies: Angeli vero sunt Diaconalibus Dalmaticis induiti ». Auctore Macro utor. Cirea diem fere omnes post Sylvestrum Pontifices eumdem servarunt, et in alium non distulerunt, quippe ritus et solemnisimus et eleborimus est.

Si igitur fiat in Vaticana basilica, caeremonia ab ipsa portie, seu atrio incipit. In hoc atrio thronus iam inde a nocte paratur. Hunc Pontifex ascendit adveniens, antiphonam illam concinibus musicis turmis: « Tu es Petrus ». Basilicae Archipresbyter Cardinalis a Papa ad amplexum excipitur, post quem Eminentissimus orat, ut liceat capitulo et clero suo sacros desulari pedes. Ubi peractum hoe obsequii et venerationis fuerit, Pontifex gestoriam sellam ascendit, et pompa constituta, templum ingreditur.

Coram altari, in quo SS^a. Eucharistia est, a sella descendit, et Deum adorat; pergit inde ad altare S. Gregorii, paulisper moraturus in

preebus, ac denique procedit ad thronum, ibique sedens Cardinales dexteram osculaturos primum accipit, reliquos inde antistites, solemnibus induitos vestibus, prout ius est singulis ad ferendum, dum sacris intersunt, vel adsunt.

Populo post haec benedicit, et psalmorum seriem, quae canonica hora tertia dicitur, praecinens incohata; qua perfecta, eum Papa interim animam paraverit ad Saera litanda, indumentis Pontificalibus amicitur, eñō decano annulum digito eius inserente, et sella gestatus, instructa pompa, ad maximum altare procedit. Solet hoc in tempore Apostoliarum Caeremoniarum Magister stupeum fasciulum coram Pontifice incedere alta voce conclamans: « Pater Sancte, sic transit gloria mundi! »; stupa enim repente conceptis ignibus emicat brevi flamma, at in hoc ipso emicationis momento perit, nihil nisi cinerem linquens exiguum, nihil praferens nisi recordationem flammea, quae amplius non est. Quam similis vitae humanae, etsi summis honoribus perfulgenter! Sie honorum omnium fastigia contingentem apte monet recordatio fragilitatis humanae, quippe « meditatio mortis, cogitatio sapientis ». Ubi ineunte sacro dixerit Pontifex verba omnia: *Confiteor*, Cardinalis diaconus sacrum illi pallium imponit. Et, sacrissimis, novus Papa gestoriam sellam rursus ascendit; sedentique basilicae Archipresbyter saceulum argenteis intextum filis porrigit, in quo vigintiquinque argentea sunt (1) *pro Missa*, — haec enim verbis asseritur causa, — *bene cantata*. Oblatio huiusmodi nuneupatur *presbyterium*.

Praecedentem Pontificem, gestatoria sella delatum, quotquot ius habent, pompa ad morem, sequuntur per porticum atrii, per sealam Regiam, donec in magna consistant aula, hodie « Aula Canonizationum », ornato magnificentissime in throno sessurum. Solium Pontifex occupat, concinibus interea musicis antiphonam: « Corona aurea super caput eius », etc. Eius diaconus, qui a dextris est, orationem recitat: « Omnipotens sempiterne Deus, dignitas Sacerdotii », etc., post quam, qui Purpuratus a laeva est, mitra caput Pontificis exuit, et primus et primum redimit diademate illo Papali, quod appellatur tiara, vulgo *triregnum* his alloquens ritualibus verbis: « Accipe tiaram tribus coronis ornatam, ut scias te esse Patrem principum et regum, rectorem orbis, in terra Vicarium Salvatoris Nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum » (2).

Ideo autem *triregnum* dicitur, quia tribus, alia super aliam, coronis constat; sinonymum enim corona, regnum est. Solius vero Pontificis in usum cessit, decernente Paulo II^o Pontificie, ne quis illo episcopus uteretur, quum hoc insigne sibi nonnulli ex iis usurpassent. Phrygii instar pilei se habet, cui circa frontem corona aurea est gemmis et opera caelatoris eximia; corona autem huiusmodi non aurea taenia conficitur, sed radios habet, qui in cuspide tribus ita singuli gemmis ornantur, ut speciem praferant floris. Altera sequitur super hos corona eodem dedueta more, sed ab infe-

(1) Denariorum huiusmodi genus antea *Julios* appellabant, pares libellis hodiernis 13,25

(2) Pro coronatione Pii PP. X, quae facta est die IX mens. Augusti, hi quoque ritus in Vaticano templo expleti sunt.

riori divisa, et paulo elatior. Tertia est angustior altera et prima. Apicem triregni globulus ex auro, aut ex pretioso lapide exornat, a quo parva erux emicat, aurea et ipsa, interdum adamantibus per trabem et brachia scintillans. Subtus, a corona in coronam, sericus pannus occupat modo aureis, modo argenteis contextus filis, colorem tamen serici panni vel albi vel rubri inter fluctuantia aurea, vel argentea apte ostendens.

Vetus Pontificis tiara « regnum » nuneupabatur; pilei erescerat in morem, paño emergente ex infima tantum aurea taenia, quae frontem eingebat, modo tamen absque radiis, modo iis ornata. Bonifacius VIII alteram coronam addidit; Benedictus XII dicitur tertiam adiunxit, ut indicaret triplicem Pontificis potestatem in triplici Ecclesia, in militante, in expiante, in triumphante.

Haec autem passim habentur: sed qui altius voluerit rem perserutari, fortasse maiora videbit; neque ab hisce tradendis nos abhorremus, quinimo scio ex nostris quedam in hane elucubrationem incumbere, ut lectoribus exhibeat quid in hac re subsit, quid hic intelligatur, quid ab antiquis accepterit, quid in humiliora potius quam in gloriosiora fuerint in diademate hoc, nescio utrum rectius an minus dicam, commutata.

Coronatus ita Pontifex populo sollemniter benedicit.

G. P.

DE PONTIFICIS ROMANI

TRIPLO DIADEMATE.

QUONIAM hisce diebus de Pontificis Romani coronatione actum est, aliquid de ipsa corona opportunum credo atque incedum subiicere. Triplicem autem, iudicio meo, in Romano Pontifice dignitas, auctoritas, maiestas, ex hoc ipso quod Romanae ecclesiae episcopus sit, exoriri et cumulari videtur. Prima quia episcopus, altera quia patriarcha, tertia quia primus inter fratres, quasi pastor pastorum, quasi episcoporum episcopus, quasi patriarcharum patriarcha. Hinc episcopo insula, seu mitra; patriarchae corona, sive diadema, patriarchis vel nunc in usu; patriarcharum patriarchae tiara seu « *triregnum* », sive triplice corona, corona ter geminata, utpote quia tres hasce in se dignitates in se uno, inquam, continet et asservet. Breviter de integra re antea libemus, ut gradus postea sit, et ascensus quidam in propositum argumentum.

Hebraicae ecclesiae, seu Sinagogae, fuit et est Christiana ecclesia haeres, quia iuxta prophetam ob deicidium immane reiicienda erat (1). « Non erit eius populus qui eum negaturus est »; quia a Christi dominatione sese Indaeus populus solemniter et quodam populi scitu abdicavit (2). « Nolumus hunc (Christum Iesum) regnare super nos »; quia in locum Dei sibi regem subdidit hominem, et quidem idololatram; (3) « Non habemus Regem, nisi Caesarem ». Id ex parte Iudeorum. Ex parte autem

(1) *Acta Apost.*

(2) *MATTH.*, cap. X.

(3) *LUCAE*, cap. XIX, v. 14.

(4) *MATTH.*, cap. X.

(5) *MATTH.*, cap. X.

(6) *Cfr. Ios. HEBR.*

Dei reiecti...
Apostolorum...
repellitis V...
Gentes »; p...
Evangelio r...
pios (2). Pa...
reiectio et a...
et auctoritate subrogatio e...
« Nolite time...
Patri vestro d...
« Ecce ego v...
mationem sa...
Quaerat fo...
haec tam al...
originem res...
nam in prox...
gogae, data s...
dato (eequis...
Mosis et Aa...
Pater D. N...
sunt tradita...
magnificentia...
Deus idem n...
flante spiritu...
lum opum v...
fecit. Magnifi...
plo ad levita...
modam, nostri...
integri Saerae...
dicemus: Sum...
clinatis iam I...
vestibus decor...
et solidissimam...
crederetur. Qu...
rentibus, erat...
lime illucibun...
si Mosaica spl...
indumentis sac...
Ecclesia vindic...
bant, et ideo...
que et quae su...
indumenta et...
dignitate sup...
Christianae leg...
ciosiora et sub...
mus Christiana...
dus est quasi...
quamquam sub...
est quasi vir s...
in terris geren...
etus ne quis e...
populus unus,...
cui traditae s...
Quapropter qu...
cae praestat, t...
gere praestant

Maximum v...
diadema est se...
gunt ministeri...
sui sunt mun...
ximi decorentu...
Persarum regu...
ramis, et mitr...
mentum hoc e...

Tertia est an
in triregni glo
lapide exornat,
rea et ipsa, in
em et brachia
coronam, sericus
modo argenteis
serici panni vel
aurea, vel ar

um » nuncupa
n, panno emer
a taenia, quae
absque radiis.
III alteram co
dicitur tertiam
m Pontificis po
n militante, in

; sed qui altius
se maiora vide
nos abhorremus,
am in hanc elu
toribus exhibeat
nie intelligatur,
id in humiliora
nt in diadema
minus dicam,

o sollemniter be
G. P.

ROMANI

TE.

Pontificis Ro
est, aliquid de
atque incundum
o meo, in Ro
ritas, maiestas,
esiae episcopus
r. Prima quia
na, tertia quia
stor pastorum,
asi patriarcha
nfula, seu mi
dema, patriarcha
um patriarchae
triplex corona,
a tres hasce in
a, contineat et
antea libemus,
us quidam in

gogae, fuit et
ia iuxta pro
ienda erat (1).
egaturus est »;
Iudaeus po
uli scitu abdi
stum Iesum)
cum Dei sibi
idem idolola
n, nisi Caesa
x parte autem

Dei reiecti adhuc sonant horrendum verba illa Apostolorum auctoritate prolata: (1) « Quoniam repellitis Verbum Dei, ecce convertimur ad Gentes »; praeter ea, quae Christus ipse in Evangelio minatus est in pervicaces et impios (2). Patet igitur Ecclesiae Hebraeorum reiectio et abrenuntiatio; at eodem tempore, et auctoritate patet eadem Christianae Ecclesiae subrogatio et suffectio in locum reiectae: (3) « Nolite timere, pusillus gressus, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum ». Et rursus: (4) « Ecce ego vobis sum usque ad consummationem saeculi ».

Quaerat fortasse quispiam: Quam ob rem haec tam alto repetita principio? – Alto, si originem respicias, quidem; sed non remoto, nam in proximo est. Data enim reiectione Sinagogae, data surrogatione Ecclesiae Christianae, dato (equis neget?) quod Deus Abraham et Mosis et Aaron et Salomonis idem sit ac Deus Pater D. N. Iesu Christi, cui a Patre omnia sunt tradita (5), sponte cum ipso venit in nos magnificientia cultus et sacerdotii, quam Moysi Deus idem nominatum praescripsit, David, afflante spiritu, praeparavit, Salomon incredibilium opum vi, auri, argenti, gemmarum perfecit. Magnificentiam autem huiusmodi, a templo ad levitas et ad supellectilem cultus omnimodam, nostrum non est recensere, cui vix integri Sacrae Bibliae libri sufficient. Unum dicemus: Summi Hebraicae legis Pontificis, inclinatis iam Iudeorum rebus, tantus erat in vestibus decor, ut stola eius apud maximam et solidissimam Imperii Romani fidem tuenda erederetur. Quae omnia de Cuspido Fado quaerentibus, erat enim illis temporibus vir, facilime illucebunt (6). Hinc minime mirandum est si Mosaica splendidissima in basilicis, in sacris indumentis sacerdotum suorum Christiana sibi Ecclesia vindicavit; iure haereditario obveniebant, et ideo iure haereditario vindicavit. Itaque et quae summo Sacerdoti Mosaicae legis indumenta et ornamenta erant, una cum hac dignitate supra in sacerdotem supremum Christianae legis devenerunt; immo etiam speciosiora et sublimiora esse debebant, quia summus Christianae Ecclesiae Pontifex non habendus est quasi homo muneri administrando, quamquam sublimi, praepositus, sed habendus est quasi vir singularis, cui vices ipsius Christi in terris gerendae sunt, cui afflat Spiritus Sanctus ne quis erret in fide, cui creditus est non populus unus, sed universus orbis terrarum, cui traditae sunt « claves regni caelorum ». Quapropter quantum Christiana religio Hebraicae praestat, tanto etiam in cultu debet effulgere praestantior.

Maximum vero inter pontificalia indumenta diadema est seu corona, qua dum sacra peragunt ministerii sui, dum ea persolvunt, quae sui sunt muneris multiformis, sacerdotes maximi decorentur. Hinc et *cydaris*, – ita enim Persarum regum diadema vocabatur, – seu *pyramis*, et *mitra*, et *corona* et *diadema*, ornamentum hoc et indicium supremae potestatis

(1) *Acta Apost.*, cap. XIII, v. 46.

(2) *MATTH.*, cap. VIII, v. 12; id., cap. XXI, v. 43, etc.

(3) *LUCAE*, cap. XII, v. 32.

(4) *MATTH.*, cap. XXVII, v. 20.

(5) *MATTH.*, cap. XI, v. 27.

(6) Cf. Ios. *HEBR.*, *De antiquitate Iudaicis*, l. XX.

apostolica auctoritate, apostolico usu, apud episcopos minus gloriosum, quibus mitella, mitra, infula cum redimiculis, sicuti sacerdotibus Mosaeis (1), datum; hinc patriarchis tribus primaeviis, iuxta sedes, quas princeps apostolorum Petrus constituerat, sibique tamen pro supremo iure servaverat (2), scilicet Antiocheno Syriae, qui Asiam regeret, Alexandrinus, qui Africam, Romano denique tertio, qui et ipse Petrus erat, Europam teneret, data corona est; sed sublimior, nam et lamina aurea ad caput circumdabatur, et quatuor taeniis aureis in fastigium sphaerae super pannum convenientibus concludebatur, cruce in summo nodo superposita. Pontifici denique, patriarchae patriarcharum et episcopo episcoporum cydaris, seu pileus, seu diadema summi sacerdotis Iudaici ritus summum servatum est. De S. Apostolo Iacopo, Hierosolymitano episcopo, mitram auream gestante tradunt Epiphanius, Eusebius, Hieronymus, et Baronius ad ann. XXXIV, Num. 294. De S. Ioanne scribit Polycrates Ephesus, in epistola ad Victorem Papam, quod auro diademate uteretur. Equid igitur de Petro iudicabimus? Numquid, quae minoribus habenda dedit, sibi non retinuit; aeternumque abrenuntiavit, ut potestas esset, signa potestatis non essent, ansamque daret iis, qui apostolicam auctoritatem pascendi agnos et oves, et confirmandi fratres Apostolos et Episcopos, negaturi inde essent? « Sertum cum gemmis » ab Ennodio seimus fuisse super sacerdotale caput Ambrosii, sanctissimi episcopi Mediolanensis. Numquid Pontifici, qui Ambrosio ipsi longe praestabat, nihil?...

Sylvestrum Romanum Pontificem, Gratiano dicente, seimus, et sacerdotalis insigne principatus gestasse, et oblata imperatoria diadema, paludamenta et quot iuxta a Constantino Magno exhibita recusasse: « Ipse vero beatissimus Papa (Sylvester), super coronam clericatus (scilicet sacerdotalem), quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus uti corona »; scilicet corona imperatoria, quae tota ex auro erat, a sacerdotali penitus diversa. « Quapropter, – inquit, – nos phrygium candido nitore splendidum – (scilicet pileum, cydarim ex panno albo intertexto filis argenteis) – resurrectionem dominicanam designans, eius sacratissimo vertici impositumus ».

Venio nunc ad gravissima coronae huius, nempe ad formam coronae, ad disciplinam diadematis ipsius. Papale diadema, seu regnum, (ita pluribus leviter placuit), pileo, seu cydari ex phrygio tantum constabat, aureo, quo frontem strigeret et haereret, circulo, seu taeniae, seu fasciae imposito. Bonifacius VIII anno MCCXCIV radios primo circulo addidit, mox et alteram similiter superposuit radiatam; tertiam coronam in apice nonnulli Bonifacio eidem VIII tribuunt addenti, nonnulli Benedicto Pontifici huius nominis XII (MCCCXXXIV-XLII). Etsi multum commovet tantorum auctoritate virorum, qua nihil ferme gravius, nihil

(1) *Levit.*, c. VIII.

(2) Vide SYMMACUM PAPAM. Item GREGORIUM MAGNUM, *epistol.* lib. II, 48 ad Eulogium patriarcham Alexandrinum: « Festinare debet simoniacam haeresim, quae prima in Ecclesia orta est, a Sanctissima Sede vestra, quae nostra est, funditus evellere ».

praestantius, et quasi perturber, eorum tamen pace mihi licet afferre, quae apud Promis (1) ponuntur e numismatibus, sive denariis, Sergio III^o Papa et Anastasio III^o ab anno CMIV ad annum CMXIII cussis. Ab hisce denariis Papae effigiem corona redimitam, aurea ut spero, sed habente supra auream taeniam inferiore ornamenta et radios, fuisse intelligimus.

Qui proprius talia non modo aspeximus, sed perspeximus, a mysteriis tradendis, quae in diademate illo significabantur, abstinemus; plures enim libri aegre ad narrandum et enumerandum sufficerent. Ad tiaram, seu triregnum, vero quod attinet, plurima sunt, quae in trino illo numero simbolice continentur. Nonnullis enim sententia est illic plenitudinem potestatis inesse indicatam, iuxta tria personarum divinarum attributa, quarum nutu Pontifex ipse regitur, et, velit nolit, instrumentum, minister et praeco est, idem et eodem tempore tuba et tubicen. Aliis arridet in illis significatio regnum Christi, ut in nomine eius « omne genuflectatur caelestium, terrestrium et inferorum, et omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei Patris ». Aliis opinio placet, qua doceamus illic triplicis potestatis capita ostendi, nempe ut Romanus Pontifex sit super Imperatores et reges, super populos, et super sacerdotes; et quidem significationi huic respondere videntur ipsa verba tiaram imponentis: « Accipe tiaram tribus coronis ornatam, ut scias te esse Patrem principum ac regum, pastorem orbis in terra, vicarium Salvatoris Nostri Iesu Christi ». Credunt alii illie significationes triplicis ecclesiae fuisse suppositas, scilicet expiantis in purgatorio, triumphantis in caelo, militantis in terra; de haec ultima super frontem cogitat Pontifex, quasi de instantia sua quotidiana, quae est sollicitudo omnium ecclesiarum; expiantis recordatur semper, ut pro sit animabus defunctorum, et ideo super caput media est, memoriam enim superiore capitis partem scabentes, siquid obliiti fuerimus, manu provocamus; triumphant autem quodammodo ipse subicitur, quia intercessores habet pro se et suo populo Sanctos Dei. Fiam sempiternus si perseque singula, praesertim si de gemmis loquar, quibus ornatur, iuxta biblicas expositiones.

Satis igitur de hoc, ne copiosiores fatigemus potius, qui legunt haec, quam delectemus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

PONTIFICIAE DOMINATIONIS AUSPICATIO

ROMANIS legibus iam inde cautum fuit quod naturali quadam instinctu apud omnes est circa rem, in quam quis proprietatis ius obtinuit, ut in illam actus dominationis eliciat, capiatque, ut ita dicam, manibus et exterioribus signis, quod antea, iure, tantum animo ac more retinebat. Hinc et in Canoniebus legibus, ubi quis munere aliquo, officio, dignitate, auctoritate aliqua fuerit insignitus, vel per exteriora signa quaedam allegorice, – uti est traditio clavium, traditio episcopalium baculi, – vel personali immissione in acta crediti muneris illuc

(1) Tab. VII, num. 10, 11, 12; ac tabula VII, n. 6.



Pontificiae dominationis auspicatio a Pio PP. IX an. MDCCXLVI peracta

defertur ab iis, qui potestatem iusque faciendi dederunt, et hortantibus iisdem, atque praesentibus et probantibus, suscepit officii negotia init. Ritus hic proculdubio, aut quid simile huic ritui, necessitate muneric ipsa, initio Pontificibus renuntiatis esse debuit, prouti in episcopis fuit, quibus insignia dignitatis, nempe signa dati officii, baculus, infula, annulus, et quae proxima, tradebantur. Quapropter, cum Lateranensis archibasilica sit Romani episcopi, — talis quippe Pontifex est, — cathedralis ecclesia, necesse fuit ut hic illam adiret, ibique sua dignitatis et muneric auspicearetur principia.

Adiisse igitur certum est: at solemnia, quibus procedebant Pontifices, unde orta et quando, nescimus, non quia solemnia haec defuisse aestimemus, sed quia de hae auspicione aut veteres auctores tacuerunt, aut scripta, quibus

illam tradebant, ad nos non pervenerunt, persequutionum turbinibus, barbarorum incendiis, bellorum proeliorumque caedibus, urbisque omnimodis prorsus subversionibus frequentibusque sublata. Relatum tamen in monumentis est, vigesima mensis Martii die, anno DCCLII, Stephanum, incidentem primo in Lateranensem basilicam Pontificem renuntiatum, a Romanis in humeris sublatum fuisse, — quippe suavissime diligebant, — et in templum illud solenne adductum novo triumphali isto more. Inde colligimus a) haberi iam inde hunc accessum, seu processionem; b) ita haec fieri, ut pateret omnibus aliquo comitatu, prouti decebat episcopum, et quantum et quamle episcopum!; c) publice fieri; d) civium frequentiam adesse. Quis autem ostendet haec omnia tune primum Stephano contigisse, antea numquam fieri consuevisse? Itaque ne talia fierent in

posterum, quae humilitati et humanitati repugnarent delati Pontificis, qui pedes ibat, cautum est ut Pontifex vel gestatoria sella ferretur, vel lectica, vel quadrupede veheretur, ut illius aspectu frui possent adstantis agmina populi secus vias et fora, nec humanis subiectis humeris deportaretur.

Usque ad Iulii II Papae dies, nulla interposita mora, post coronationem Pontificis, solemnissima pompa instruebatur, procedebantque ad Lateranensis Pontifices, ut ibi principatus et possessionis sua signa exteriora proferrent. Ab Iulio illo (an. MDIII) mos immutatus, et quidem hoc iure factum iudico. Nam alius, pro lubitu, coepitus est decerni dies, plerumque dominicus, aut festo solemniori aliquo memorabilis et servili opere vacuus; duplice reor de causa: tum ut magnificentiori viarum apparatu tempus daretur idoneum, tum ut qui opta-

rent videre, magis et commorantes, a episcopus est, non episcopus, sed e pastor pastorum, sacerdotio Aaron.

Ubi a Vatican quae ideo *Papalis* per regiones, quibus Hadriani, seu *Sanova*, *Parione*, *Della Valle*, via dieati, *Capitolium* Romanum, areus magna ad S. Ioann(i), ad platea nensem pertinent incederetur, erat delle tre Cannel



acatio a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peracta. (Ex tabula tunc temporis aere eusa).

umanitati re-
i pedes ibat,
estatoria sella
ede veheretur,
tantis agmina
hanis subiectis

, nulla inter-
Pontificis, so-
procedebantque
i principatus
ra proferrent.
mmutatus, et
am aliis, pro
plerumque do-
quo memora-
plici reor de
iarum appa-
ut qui opta-

rent videre, magno urbis emolumento venientes et commorantes, accederent; qui enim Romanus episcopus est, non habendus est quasi quivis episcopus, sed episcopus episcorum est, et pastor pastorum, in patriarchatu Abraham, in sacerdotio Aaron, in pontificatu Melchisedech.

Ubi a Vaticano procederetur certa via erat, quae ideo *Papalis Via* appellabatur, quae nempe per regiones, quibus nomina *Borgo-Nuovo*, pons Hadriani, seu *Sancti Angeli*, *Banchi*, *Ecclesia nova*, *Parione*, *Pasquini* platea, et S. Andreae *della Valle*, via *Cesarini*, platea templi Iesu dicati, Capitolium, *Campo Vaccino*, seu Forum Romanum, areus Titi Augusti, Colossaeum, via magna ad S. Ioannem (vulgo *Stradone di S. Giovanni*), ad plateam et archibasilicam Lateranensem pertinent. Si autem ab arce Quirinali incederetur, erat iter per vias, quae dicebantur *delle tre Cannelle* et S. Romualdi, unde de-

scensus ad plateam templi Iesu dicati, et, prouti superius enucleavimus, inde eodem ordine, pompa, agmen in Lateranensia procedebat.

Qui diaria illorum temporum, seu narrationes auspicati sacri principatus, legerint, mirabuntur magnificantiam rei: at exsultationem gestientis populi facile intelligent, quippe equitantes ibant ipse Papa, nisi sella gestatoria sublimis deportaretur, Purpurati Patres omnes, sequentibus unumquemque nobilioribus eius aulicis. Veniebant exterarum legati gentium, antistites Curiae, patricii, quidquid denique Urbs haberet genere, virtute, opibus honoribusque praestantius. Sequebatur hos populi multitudo ingens, armigeri, milites, vigiles, custodes corporis argenteis et aureis in loricis, in cassidibus averso sole scintillantibus, matronae puellaeque nobilissimae sericis in cycladibus, in armillis adamantis, in diadematis, nec minores hisce rutin-

labant auro, vestibus, forma superante omnem fidem, speciosae Romani populi matresfamilias et innuptae. Fama est interdum pompa procedentis caput attigisse Lateranensia limina, agminis ultima pars adhuc per Capitolinum clivum descendere.

Quae tamen in Lateranensi templo perficiebantur, non modo fidem superant, sed ferme captum. Quae acclamaciones! Qui plausus! Quanta ubique exsultatio in hymno illo Ambrosiano « Te Deum laudamus! », cuius versiculi singuli in Lateranensi gloria musicis concentibus humanarum vocum organorumque praecinebantur, et coram aede SS. Crucis ad orientem, coram ruderibus Romani Fori et Capitoliniis Palatiis per longa agmina populi concinentis et prosequentis perficiebantur!

Qui, modo senior, tunc vix adolescens, Pium IX auspicantem solemnis comitatu, pompa

infinita, multitudine hominum innumorabili sui principia sacri episcopatus universalis enairo, – cuius quidem facinoris imaginem tune temporis ad unguem reddimus expressam, – potiora, quam quemlibet augotorum triumphum, enarrare videor. Quid si audieris ea, quae statim subiiciam necesse est: Ac tamen ea fuere longe maiora enarratis, quae nemo credere poterit, nisi qui viderit, quaeque tamen, qui vidimus, exprimere et enucleare nescimus?

Ubi ergo multitudo sequentium, densa in foro Lateranensi duplice, extra portam, quae a S. Ioanne dicitur, ubique circum consistebat, a maxima pergula archibasilica Pontifex, qui a saeris iamdiu peractis quieverat, inter flabella in gestatoria delatus, desuper porticum atrii apparebat, sacros ad rem versiculos circum cantantibus musicis turmis. Atque his finem cantui facientibus, Ponti' ex e sella assurgebat. Tunc universale silentium, quasi adeset nemo; genuflectere omnes; inclinato capite audire verba solemnia invocantis Deum, et praesentibus, Urbi, universo orbi terrarum benedicentis in nomine Augustissimae Trinitatis,

porrectis brachiis, manibusque supinis implorantis fausta, testantis caelum et terram! Oh immensa vox Pii illius late, tonitus instar, per aerem reboantis et ab adverso templo SS. Crucis, ab Urbis ad dexteram moenibus eechum crientis!... Nisi Dei Vicarius fuisset, poterat vel ipse Pontifex quasi Deus haberi creaturis omnibus benedicens!...

Sed humana omnia miscentur, nescio quo fato inevitabili, malis. Ita et haec solemnia miscuerunt interdum tumultus, et interdum caedes turparunt, sive id sit Romanae indoli iniuriam impatienti, sive id sit nonnullorum improbitati tribuendum. Auspicante principatum sacrum Xysto IV in ipsa Lateranensi platea tumultus repente exortus est; atque ita, ut ipsius vita Pontificis perieulo proxima fuerit.

Magnificentissimo equitatu in hisce solemnis Leo X usus est, qui arabico equo illustri insedebat eidem, super quem equitans ad Ravennam apud flumen Ronco captivus est factus, quem pretio redemptum ab hostibus carum habuit, et usque ad ultimum senium voluit nutritum, et custoditum.

Alexander VII pedibus, humilis, sine indumentorum apparatu illustrum ire decreverat, ut in eleemosynam pecunia erogaretur. Qui ab aula erant, et Purpurati Patres aegre suaserunt ut a proposito discederet; non enim Alexander, sed Petro decor ille diecatur. Vetus tamen ne areus triumphales erigerentur, scripta quaeque in laudem suam et omina vetuit parietibus dari.

Pluribus alba mula, nonnullis leetica placuit uti, equo nonnullis; at quis maior Caelestino illo V sanctissimo, qui pullum asinae, quo veheretur, elegit? Ac tamen duo utrinque reges mansueti aselli fraena regebant, Hungariae hinc, illinc Siciliae rex. Qui a Pio VI in posterum, curru splendidissimo devecti sunt.

Bonifacio VIII procedente, horrida saevit procolla ventis, imbris, grandine, tonitribus, fulguribus; quasi parum esset, sedatio saevit, qua homines quadraginta perierunt.

Callisto II obviam sponte plaudentes iverunt pueri e schismaticis graeci, et hebraei....

Ut rivos claudam, de Clemente Pp. XIV dicam, a cuius eventu dipterum vulgassimum

4]

SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa (1).

VI.

CALLIDORUS, DINACIUM, STROBILUS (2), CALIPH, CHREMES.

CALL. Pater, danista quaerit te nuperi me. Tibi loqui pauca nimis desiderans. Enim de more...

CH. Vadat in malam erucem!

CALL. Sed intro domi minitur, perstrepit...

CAL. Vade, mi Chremes.

DIN. Heie venit rusticus

Dicens, si sartam tectam servare pervelis Cisternam, quae ruri est, instaurari opus.

CH. (3) Hic morte Tantali possit occidere!

STR. (4) Here, qui dicam? Teneri palumbuli,

Tuis qui mensis adsolente deliciae, Agmine facto, nuper, ehū! miserrime, Fugerunt omnes, liquerunt columbarium,

Quod videatur nunc desertum Lybieum.

CH. Eia, agite omnes, in miserum nunc insurgite,

Cum divis coriurate, tundite, plectite.

Hospes, danista, rusticus cum reliquis,

Me miserum redigunt quasi ad suspendium.

Vade sed Caliph, cura tuum hospitem;

Amicum perdis, cum salvare possies.

Ad te nil refert. Danista det mutum,

Indole vivat rusticorum rusticus...

Novi ego quibus sit moribus istoc saeculum (5).

CALL. Ehū! quae calamitas in caput ingruit!

CAL. Quibus nos oculis intuens est Iupiter!

CALL. Miserum patrem! Caliph, no deseris.

CAL. Eum non deseram, ne dubita, Callidore mi!

DIN. Herum nunc prosequar, ne quid mali accidat.

CALL. Dii, vestram fidem! parcite domui,

Aras quae vestras cumulat muneribus (6).

EXPLICIT ACTUS PRIMUS.

(1) Cfr. num. XIV.

(2) Prossilit in scenam quam ceterim.

(3) Loquitur animo anxi, et irrequietis oculis.

(4) Procedit exterritus.

(5) Iratus intrreditur.

(6) Demittitur siparium.

ACTUS SECUNDUS.

Via, in qua domus Chremetis.

I.

SATURIO (1).

En spectatores, me videtis, optimi, Hominem fame devoratum perfida. Dies hesterna prope lapsa est integra, Quin ego cibi vel tantillum sumerem. Istaec loquentem plane iam noveritis, Ego personam quam super scenis actitem, Verbis quin ceteris opus sit dicere. At vobis eloqui volo conceptissime, Solent ut iudices gravi supercilio, Siem quis ego prius, quid istue venerim, Sic gratias multas a vobis merear, Meam vel propter modo confidentiam (2). Sum parasitus! Ehu! qui strepitus gentium! Vah! apage a nobis, odiosum, molossem Incommodistium, parasitorum genus. Sie me vos illico vultis accipere? Lupus sum, fateor, lupus sed adpareo! Quot agni visu parent, vulpes dum sient! A me cavere vobis prope est licitum. Ipse cum vultus genus clarum referat! Quis abs oculis potest vos defendere? Apud vos esse nolo, sed philosophus. Adhuc omnia, caelum, terras, mare, nubila Tentavi. Sed quid hinc? Procul dubio hic meus Esuriales venter ferias aget (3). Quod mihi parum, sultis, minime placet. Famem sed addere dieunt ingenium... Licet nunc ventrem, spectatores, potius. Bonum sed consilium semper mi suggester. Proximis in aedibus habitat vetulus, Vir, ut ipsa fert actas, morosus forsitan. Apud hunc hodie modestus est animus Mihi, vel unum sumere ientaculum (4). Fame perire? Magnum scelo dedecus. Sed peream ni huic seni novis offuciis, Nunc ego primum sursumvorsum os sublinam (5). Undenam tendere tecnas exordiar? In praesentiarum dii vestram fidem. At ecum ipsum! Opportune! concedam paululum Hinc, donec olfaciam, eecur huic advenerit (6).

(1) Suspensu vestigio, circumspete procedens, ac dein paululum consistens.

(2) Citata pronuntiatione; deinde ironice.

(3) Pulsat patma ventrem.

(4) Ironice.

(5) Voce usque crescente.

(6) Ad extremum prosenii se recipit, concilians auditum manu ad arrectam aurem praetensa.

II.

CHREMES, STROBILUS et SATURIO, postea, vocatus, DINACIUM.

CH. (1) Homo me miserior nullus est unquam, puto, Dum nullus usquam me felicior antidac Erat. Quibus nunc curis maceror, miser! Oculos somno elandere noctibus nequeo integris.

SAT. (Somno laborat).

STR. Tuum peccatum! plurimi Dies sunt, quibus sine modo abstineas A dulci meo nocte: quod non antea (2). Bibe, nam hercle! nosti quibus pharmaci Sciam falernum massicum componere... Ita pol animum recreare possies Et senectutis pellere molestias. Bibe, ne dubita.

CH. Omnibus quibuslibet Morbis laborare ego, si possem, mavelim...

SAT. (Quam fame!)

CH. Quam hac tristissima aegritudine, Quae me contabefacit! Oh! Theeuropides, quibus Me absens adflictas curis!

SAT. (En ad rem venit). STR. (3) Tuum semper peccatum! Nam Pitagorae, Id aetatis, videris esse discipulus:

Es ita addictus regulis silentii. Age dum, cibis, inbe, exquisitissimis Ventrem distentum faciam quantocius. Enim, scis, pectoris moerorem dissipat Venter repletus, quaque sapientissima Commenta hominibus suscitare adsolent (4). Nostri nam consules omnes pinguisimi.

SAT. (Pol! qua tu calles mentis sapientia!)

CH. Blateras frustra, garrulas, mi Strobile, Tenet quem nulla cura vel incommodum. Refert quid ad te, vivat an Theeuropides, An Erebum potius nigrum descendere?

STR. Adeon' laboriosa et plena periculis Res est, hospitem mittere cum litteris Tuum qui liberet pectus a formidine?

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

(1) Voce querula et cunctante.

(2) Cum gestu improbantis.

(3) Quassans caput, ore severo, rigida cervice.

(4) Ironica gravitate.

adhue est apud ad Forum Rommi Severi areum aliquis al exclamare eum cecatum (vulgo: Clemens integribus fassis est quidem « contu

DE LATI

IN ARCHI

MARCUS Faus patrum m pore effundebat Augustae Taurin venisset, ibique

(1) Cfr. num. XII.

SELECTA EX

DE RECTA PRON

Eum quoque Aut scriptis:

Ceropis ign

Ferale ideo, quiait Graecis ignotum quin diphthongo suget? Haec (longam Primum solitaria, srentii epigraphis le

Graeca Apoll

quaeclarum est val 'Απολλοδόρου, Μενάδη

Una est in nos

Littera, et irato

Significat enim Vnata, ritu scilicet a Fulviana: P. MUUCI SIREMSSQUE · OIUUSQUE · ESTO; scriperat, sed corrue

Graeca diphthong

Sola vocalis quod

Non habent Latiniam VV geminata satis faciendo huic Victorinus de diphth etiam, quoties eius esset, et ipsi V a liu legit: Loucetios, n Festo: Oufentins tri BAMUS: item: ED terea IOUSIT et Quin et cum brevis hanc scripturam. In CORDE · DILEXIT qui intentis oculis f neglectum) reperiet velut mista: ut non scriperat: "V mod habemus, quamvis vi bere.. Confundit en utrique, ex usu aliqui Nam quin tenuior

(1) Cfr. num. XIV.

lis, sine indu-
re decreverat,
caretur. Qui ab
aegre suase-
natur enim Alexan-
der. Vetuit ta-
rentur, scripta
ina vetuit pa-

lectica placuit
ior Caelestino
sinae, quo ve-
ntrinque reges
nt, Hungariae
a Pio VI in
deveeti sunt.
orruda saevit
ine, tonitribus,
sedatio saevit,
unt.
dentes iverunt
hebrei....
ente Pp. XIV
vulgatissimum

adhuc est apud plebem Romanam. Ipse enim cum ad Forum Romanum pervenisset, iuxta Septimi Sevari arcum ex equo prolapsus est; inde cum aliquis alicubi corruat, Romani soliti sunt exclamare eum loci dominationem esse auspicatum (vulgo: *ha preso possesto!*). Sed tamen Clemens integer evasit iocoseque circumstan-
tibus fassus est se casu illo «confusum», non quidem «contusum».

SENIOR.

DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

MARCUS Faustinus Gagliuffus Ragusinus, qui patrum memoria versus latinos ex tempore effundebat mirum in modum, quum forte Augustae Taurinorum in Masiniam domum pervenisset, ibique in floribus pingendis multus

(1) Cfr. num. XII.

S]

SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUAE
DIALOGUS (1).

Eum quoque Ausonius respiciens, de hac littera scripsit:

Cecropiis ignota sonis, ferale sonans V.

Ferale ideo, quia refert feralem illam avem. Quod ait Graecis ignotam, verum est in littera una, nam quin diphthongo sua eam diserte exprimant, quis neget? Haec (longam dico) Latinis scripta tripliciter. Primum solitaria, sed, ut opinor, cum apice. In Terentii epigraphis legimus:

Graeca Apollodoro, Graeca Menandru;

quae clarum est valere et aequiparare illis Graecis: *Ἄπολλωδορο, Μενάνδρῳ.* Huic illud Ausonius:

*Una est in nostris, qua respondere Lacones,
Littera, et irato regi placuere negantes.*

Significat enim V valere atque ο. Secundo, geminata, ritu scilicet aliarum vocalium. Tabula aerea Fulviana: P. MUUCIOCOS, quod est **Maucio**. Eadem: SIREMSSQUE · OMNIUM · RERUM · LEXQUE · IUUSQUE · ESTO; quod est iousque. Terentianus ita scriperat, sed corruperunt vulgo:

*Graeca diphthongus sed ο litteris nostris vacat;
Sola vocalis quod οV complet hunc satis sonum.*

Non habent Latini, inquit, ο diphthongum; quoniam οV geminata (sic nisi scribis, illex est versus) satis faciendo huic sono. Tertio, scripta ritu graeco. Victorinus de diphthongo ea locutus, addit: «Nostri etiam, quoties eiusdem soni longa syllaba scribenda esset, et ipsi V a liungebant O litterae. Inde scriptum legit: Loucetios, nountios, loumen, etc.,. Hinc in Festo: Oufentina tribus. In veteri tabula: INDOUCEBAMUS; item: EDITO · COURATOQUE; praeterea IOUSIT et IOUDICAVERUNT, ac plura. Quin et cum brevis ea littera reperto nihilosecius hanc scripturam. In lapide: SOVOM · MAREITOM · CORDE · DILEXIT · SOVO · In Duiliiana columna, qui intentis oculis fugientes litteras adspiciet (aliis neglectum) reperiet: NAVEBOS, littera utraque velut mista; ut non sine causa prorsus Priscianus scriperit: «V modo correptam, modo productam habemus, quamvis videatur OU diphthongi sonum habere,. Confundit enim ecce sonum illum, et tribuit utrique, ex usu aliquo vulgi potius quam ex vero. Nam quin tenuior etiam illi fuerit, quis neget? Is

(1) Cfr. num. XIV.

asset, interrogatus nam aliquid haberet de Carolo Boucherono, adstante haud procul, manum in illum pretendens, dixit:

*Hie pulero surgit flos in Demosthenis horto,**Hic nitet in pulcro flos Ciceronis agro.**Idem Arni et Rhodani liquentia flumina circum**Arduus et mira fertilitate ciret.*

Nihil pressius dici paucis poterat, nihilque verius.

Et sane, Carolus Boucheronus Taurinensis, inter Subalpinos, veterum sapientia adeo floruit, ut omnium sui temporis latinorum scriptorum longe nobilissimus idemque praeclarus antiquitatis vindex merito habeatur. In parentum sinu educatus, ut primum ab iis studiis excessit, quibus aetas puerilis ad humanitatem solet informari, statim bona spe in posterum praeluxit. Erat enim in puer et experecta indoles, et insignis quae-dam ingenii celeritas, et singularis memoria. Quo factum est, ut litteris latinis italique cito ar-
reptis, theologiae et jurisprudentiae lauream con-

secutus, primo et vigesimo aetatis anno scriba ab epistolis latinis crearetur a Clemente Damiano Priocca, viro gravissimae antiquitatis ariquaque alienae virtutis spectatore, qui externas regni rationes, difficillimis illis Subalpinorum reipublicae temporibus, sollerter procurabat.

Sed postquam biennio id honestissimum officium ita obierat, ut maximam omnium, qui aliquid de ingenii poterant iudicare, expectationem superaret, repente alio conversus est. Namque sub Gallorum dominatu, ipse civilibus discordiis se non impliebat, et meliora tempora suis auspicatus, ad tranquilla studia se contulit, et litteras graecas, hebraicas, latinas impensis coluit, doctore Thoma illo Calusio, quem iam nominavi, qui praeclarum adolescentis indolem amicissima spe amplectebatur studioseque fo-
vebat. Mirum quantum praceptoris doctrina discipuli industriam exaevit, ut omnibus hie aperte declaravit, neque ita multo post, quum litterarum latinarum doctor in imperatorio,

sono a vocalibus nil divertunt. Terentianum saltem audire:

Et sonos utrosque iungit. Unde diphthongos, eos Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul Sillabam sonant in unam, rique gemina praeditae Semper effectum duorum custodiunt.

En, ait utrosque sonos iungi, ait vi gemina praeditas. At cum Phoebum, Phebum dicitis, cum Musae, Muse effertis, ubi id appareat? Pipillones! digni quos pueri pipulo differant, in pertinacia si perstatis. Sed tu, Lipsi, vide, disce. AE antiquioribus paulum AI scripta, ritu graeco. AIMILIA et AIRA et similia ocurrunt in monumentis. Et cum circiter Tullii Au-
gustique aevum exsolevisset, retrahere conatus est Claudius Imperator publico etiam scito; itaque la-
pides omnes illius aevi eam habent. Sed obit abiitque iterum cum illo. - Sonus eius quis? Idem qui grae-
canice, quem bene adstruxere contra vulgus Checus Britannus et Mekerens vester, viri non e vulgo.

In hoc tamen seorsum ab iis sentio, quod visi mihi praeter modum latas diphthongos facere, et, ut sic dixerim, hiare nimis in sonando. Subrustice herele! efferunt et vase; at mihi certum, mollius eas so-
nuisse olim, nec ut A plenum, aut E audires; sed ut mixtum quendam suavem sonum. Fallor, aut Galli aptissime exprimunt et scribunt in *paix*, *pax*; *fais*, onus; *jamais*, numquam. Vos Belgae item adsonatis, etsi aliter scribitis: *peysen*, cogitare; *reyzen*, iter fa-
cere; *seyl*, velum, et talia. Ita qui Latinus Caesar est, verissime vobis *Keyser*; supposuitis enim EI vel EII huic diphthongo. Aiaceum igitur, Maiam, Baiae ipsas, itemque Aufae, Pictae, etc. Non crassiore illo A pronuntiem; sed attenuem magis, et paene ad eta flectam, dicamque *Eeiaceem*, *Meeiam*, *Beeias*, *Au-
Ieei*, etc. quod audis a me facilius, quam ut seribam. Germanorum ritus hic usum et locum aliquem habeat, qui ad significandum A illud tenue, E superscribunt. Lapidès aliquid hic me iuvant; illud enim semel pono, indoctos fuisse qui eos scalpserint, aurum sensum et soni vestigia secutos sine grammatica ulla lege. At ii ostendunt sonum hunc finitimum in parte fuisse E pinguiori. Hinc illa per errorem insecalpta: EGRAE-
GIUS pro *egregius*; AEIUS, pro *eius*; AEVOCA-
TUS et UTRIUSQUE, et, quod magis rideas, VE-
NAERI et FUNAERI, pro *Veneri*, *funeri*. Qui pec-
catum hue peccassent illi bardi, si hians ille et pinguis sonus diphthongo? Cui ad E adsessio nulla. - Sed hoc a vulgo - inquietus -, qui ut E pronunciant. - Nihil. Medium enim illum sonum aquiter evincit; pugnax ille qui torqueat ad extremum. Nec plura addo; sensuum enim magis res est, quam rationum. Et vere hic valet illud Quinetiliiani: «non esse cuiusvis auris exigere litterarum sonos, non hercle magis quam nervorum ,.

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

brevi post regio lyceo, creatus est, praesertim vero quum delatum sibi munus graece et latinae eloquentiae tradendae alacer acepit. Hoc officio usque ad extremum vitae spatium adeo insigniter est perfundens, ut, praeter utilitatem iuuentutis subalpinæ et nostrorum omnis generis disciplinarum augmentum, nomen subalpinæ gentis longe lateque hisce in litteris illustraret.

«Tunc enimvero, — ait Thomas Vallaurius, eius discipulus et postea successor, — apparuit quanta ingenii vis esset in Boucherono. Quum enim in scribendo multum fuisse, illud est assecutus, quod Crassus memorat apud Tullium de *Oratione*, ut subitae illius dictiones similes omnino essent scriptis, eiusque sermo latinus ex tempore, non secus atque a cura elegans et perfectus haberetur. Quod quidem expertus loquor. Plures enim scholam ingressurum, fando ubi fit, sum percutatus, eque de hac re vel illa sentire: ipse autem me mox auditum respondens, aeroasim iam fortasse meditata, ita moliter ad ea quae proposueram detorquebat, et gravissimorum optimorumque verborum flumine tam veras tamque novas sententias efferebat, ut nihil omnino aptius execogitari posse videatur, nec umquam poeniteret ad illum sermonem hominem impulsisse. Quod vix audirem litteris prodere, adsentationis suspicionem veritus, nisi res ita recens esset, ut multis eupletes atque idoneos auctores haberem».

Cum essem ego puer, saepe senes narrantes audire memini, Boucheronum ita eloquentiae celeritate atque sapientia collegas sibi devincire, ut omnes, veluti signo dato, quo tempore ipse publice latinas litteras doceret, scholis suarum disciplinarum intermissis, eius scholam adire in deliciis haberent, atque in discipulos conversos eum diligenter atque cupidissime audire, atque ita ei decorem adspicere, alloquo, ac tacita admiratione addere.

Haud abs re erit lectores monere, in Athenaeo Taurinensi, illis temporibus, latinum sermonem unice a doctoribus in scholis usurpari, ac propterea summi magistri vestigiis insistere, eiusque artificium adhibere totis nervis ab omnibus contendi in summo honore. Sed anno MDCCCLVI latina lingua ex Taurinensis Academiae spatiis iussa est tandem exsulare, ut uni ferme latinae eloquentiae doctori iam lieceret illum serum usurpare, quo maiores nostri universi olim orbis viatores triumphatis gentibus imponebant. Hoc insanum improbumque mandatum gravatim ferens Thomas Vallaurius, qui latinarum scriptorum aetatis sua facile princeps atque egregius antiquitatis vindex habitus est, quique tunc latinam eloquentiam apud nos tradebat, in *Oratione*, quam dixit studiis rite auspicandis anno MDCCCLVI, hanc sententiam in medium proferre haud dubitavit:

«Si mihi apud illos habenda esset oratio, qui omnia consilia ad utilitatem referentes, vetustiores litteras culpant, quasi ab humanitate nostri temporis alienas, equidem vererer, Patres sapientissimi, amplissimum hunc dignitatis locum condescendere. Qui enim spes, fore ut dicenda promis auribus accipiantur, quem insolens ipse verborum sonus ad abalienandos potius, quam ad captandos audientium animos pertineat?»

Bucheronus mirum in modum adolescentium animos pervadebat, eosque, ut ita dicam, sic fingebat, ut acerrimum de litteris indicium iisdem instillaret, nedum aures ad verissimum latini sermonis numerum adsuefaceret. Quo quidem fiebat, ut omnes archigymnasii doctores, eius exemplum secuti, in disciplinis tradendis elegantiore ratione latino sermone uterentur, atque Cicerone sibi unice magistro proposito, ad eius elegantiam et magnificentiam, quam in Boucherono summopere admirarentur, proxime adsurserent.

Prae ceteris Laurentium Martinum membra, qui a iuventute, penitiore naturae studio et litteris clarus, atque in decuriam doctorum regii athenaei, mox plurimis editis operibus, in quibus effigiem animi sui reliquit, in plebraque eruditorum collegia ultra fuit cooptatus, in tradenda medicorum disciplina, ita e Ciceronis voluminibus eius amplitudinem dicendi ac sententiarum decorem arripiuit, ut omnium sententia, cum romano oratore decertare videretur.

Nec Josephum Detorrem, Sardum, ab eius latere seiungendum putabo, qui doctor theologiae morum tradendae, in latinarum litterarum studium sic incubuit, ut plane singularis diceretur; nec quisquam romanis loquendi formas felieius sit imitatus, aut felicius, quam opus esset, nova fecerit rerum novarum nomina. Res enim religionis sanetas casto puroque sermone enarrare studebat. Eius exemplo ducti, quum illustrium singulorum scriptorum opera adeo cognita haberent, ut formam et quasi naturalem cuiusque notam probe discernerent, ab omnium imitatione abstinuerunt, et dictionibus usi ex universo linguae thesauro petitis, vultum ubique suum sie servarunt, ut variis quidem et multiplici sed numquam sui dissimiles apparuerint. Tot beneficia e schola Boucheroni, veluti e fonte suo, in Subalpinorum utilitatem redundabant.

Quanta enim sententiarum gravitate quantoque verborum splendore se ornatum praebeat, eius opera abunde testantur. Evidem sive commentarios, quos de quibusdam viris illustribus exaravit, sive orationes, quas de Regis laudibus in studiis auspicandis, alternis annis, ad populum habebat, sive quae singulis latinis scriptoribus praeformati sunt, quos patrum memoria mira animi audentia Iosephus Pomba apud nos edebat, sive denique inscriptiones manibus versamus, nemo mirari et summis laudibus effere desinit altissimam tum veterum tum recentium eruditioem, exquisitum pulchrum rerum iudicium, laetum audaciusque orationis genus, ac Demosthenis vim et Ciceronis copiam maiestatemque feliciter expressam.

SUBALPINUS.

ANNALES.

Balkanica res — Inter Russos et Iaponios composita discrimina — In Somalia, in Mauritania, in Americis seditiones.

In superioribus annualibus, quos, deficiente spatio, post res Vaticanas interrumpere coacti sumus, laeto animo ex Balkanica regione

non infausta nunciabamus. Hinc enim — referemus — Albanenses pactas reformationes quiete exspectant, expectant Macedones profentes, si adhibeantur, a seditione se recessuros. Bulgara civitas vicissim omnem operam se collaturam declarat in pacificam rei solutionem, eique Turcarum rex quasi praemio committit, ut ipsa dissolvendis rebellium agminibus provideat, quae fines imperii pervastant, dum Turcae Bulgares captivos e servitute liberant. Seditiones itaque ad velitationes decrescent in dies, ac facile coniectui est arduum etiam hoc negotium paullatim ad exitum posse perduci, nulla alia sanguinis effusione.

Eventus contra, nostram spem frustati sunt. Monastir enim in urbe Rostkowski, Russorum legatus, sive coniuratione, sive milite quadam auctore, proditorie diripitur, alteraque haec Russici oratoris caedes, quae intra paucos menses sequuta est, quasi signum novae, eiusque magis horrendae seditionis constituit, quae inde ita propagaretur, ut Macedonia statum intolerabilem redderet, et Europaearum nationum omnium interventum provocaret. Hae vero nolle videntur, imo se haud posse dictant vim quamlibet interponere nisi ut Thraciarum gubernium ad pactas reformationes tandem aliquando se convertat. Quid autem id faciet? Opponet proculdubio bellicum incendium a se restingui prius oportere, restingui omnibus nervis; atque ita defendere conabitur facinora atque flagitia illa, barbaris quidem digna, quibus Turcae milites omnem finem ac modum in Christicolas transeunt. Ludibrium hoe infame, numquam interruptum in universam humanitatem, quod, sua vice, quasi clarificationis iure, ipsi rebelles minitantur, sub falsa prudentiae specie tolerabuntne Europaeorum imperia, quae cultu gloriantur?

★

Dum ex rerum successione anxi responsem exspectamus, colligimus inter Russos et Iaponios discrimina de Mandeniouriae occupatione composta. Dicunt enim, Anglis et Civitatibus Septentrionalis Americae suadentibus, rationem illam civilem, quam ex libera porta nuncupant, a Russis inductum iri, ita ut in Mandeniouriae regionis portibus aequa tractatio gentibus omnibus fiat.

★

In Somalia atque in Mauritania stationariae traduntur res; ex Americis, contra, novi motus nunciantur, quorum alter ioco quidem dignus. Ferunt enim ducem quendam Columbianorum rebellium, sacris Bacco de more libatis abunde, eum militibus duodecim — (hic enim eius exercitus omnis!) — magnoque clamore Panamensem rerum ut potiretur tentasse; gubernatorem metu percussum ad Anglum legatum configuisse; brevi tamen, dueis furore somniis sepulso, in sedem suam reversum.

Tumultus alter in insula Cuba ortus est ob denegata stipendia, quae veterana legio nuperi belli exigebat. Atqui non multum auri illius, quo Americanum nordicum foedus haud indiget, cuncta componet feliciter!

PROPOLICOLA.

DIARIUM
Mense Augusto a
mense Cardinali
meridiem, ad
supparo stolaque
Conclave in Co
ovanti populo,
benedicet. Br
rero y Espinosa
invisit, solatur.
cepta Marii e
«Mareschalli»
Octavii Cagian
praefecti, seque
rum supremis
Senatus secunda
Conclave aperit
— die v, hora x
sacello sollemnia
adsuacubieula F
in tertio peristylo
sunt, complures
ros, inter quos
corum coetum
mittit. Palatinis
laicis propria m
«brevium ad P
narum epistolare
ad Pontificem in
Oscar Spalmach
ut eius effigiem i
Laurentius Per
riorum scriptore
societatum catho
Paulus Pericoli,
fectus. Ad horos
latus, in «mu
ratus Pater, cora
nordicae Ameri
dilectionis suea
quorum quasi in
suavissime affig
sperm reversus
seminarii alumno
non patitur, sed
liarissimam conv
nori, commentator
strator, qui adest
adnotat, quam id
ferre uni possum
laetitia quoties p
tio Insubris coll
officii sui munera
tudines, post visi
veneratissimum se
latum invenirent a
tatis non minus c
rentes. Ne tamen
appeterent; quin
intenderent: qua
minima, celsitudi
consequuntur. Ro
omnium Auctori
ultimum ad sui v
evexit, Ipse pare
dam concedat, qu
is erat amplexatu
animos filiorum P
renus et subridic
res liberaliter ve
minori humanitat
concludit: «Novi
et comitas ita an
Virum conciliat, u
auram popularem
ignis ardens, hum
eisque portum fa

(1) Novo pontificali i
mus, quam nulla inter
ipsius commentarium
quidem sociis utile, om

DIARIUM VATICANUM.⁽¹⁾

Mense Augusto an. MDCCLXXXIII. die IV. — Post primam Cardinalium adorationem, Pius PP. X, sub meridiem, ad aulam « Beatificationum » procedit supra stolaque indutus, ut inde, prout fam ante Conclave in Congregationibus fuerat constitutum, ovanti populo, in Vaticana basilica congregato, benedicet. Brevi post, Purpuratum patrem Herryo y Espinosa in sua cella graviter aegrotantem invitat, solatur. — Hora v p.m., submissione accepta Marii e Principibus Chigi, qui in Conclavi « Mareschalli » munere functus est, atque exēmī viri Octavii Cagiano de Azevedo, Pontificiae domui praefecti, sequentibus aulicis omnibus et militarium supremis ducibus, in Xystino sacerculo Sacri Sénatus secundam recipit adorationem; qua peracta, Conclave aperit.

— die V, hora x cum dimidio, pariter in Xystino sacerculo sollemnia tertiae adorationis expletur. Cum ad sua cubicula Pontifex redisset, quae pro tempore, in tertio peristylo circa atrium Damasianum posita sunt, complures Purpuratos Patres et insignes viros, inter quos Ioannem Grosoli comitem, catholicon coetum in Italia praesidem, coram se admittit. Palatinis administris, sive ecclesiasticis, sive laicis propria munera confirmat; Vincentium Sardi « brevium ad Principes » et Aurelium Galli latinarum epistolarum a secretis dicit. — Post meridiem ad Pontificem inter alios accedunt Franciscus Rosa, Oscar Spalmach et Iosephus Giovaruscio sculptores, ut eius effigiem marmori committendam retrahant; Laurentius Perosi musices magister; nonnulli diariorū scriptores; Augustus Persichetti, foederi societatum catholicarum in Urbe praepositus, ac Paulus Pericoli, catholicae iuventuti in Italia praefectus. Ad hortos Vaticanos deinde pergens ambulaturas, in « museo lapidario » Gibbons, Purpuratus Pater, coram Sanctissimo producit complures nordicæ Americae incolas. Sistit Pontifex, sensus dilectionis suæ erga Americanos benigne aperit, quorum quasi in testimonium oscula emi viri genis suavissime affigit. — In Vaticanas aedes ad vesperum reversus, summa comitate inter Insubris seminariorum alumnos moratur, eos genuflexos manere non patitur, sed ut considerant invitata, atque familiarissimam conversationem instituit. Aristides Leonori, commentarii *Vox Urbis* possessor et administrator, qui adest, summam pontificiae allocutionis adnotat, quam ideo in commentarium nostrum referre uni possumus. Dicit igitur Pontifex quanta laetitia quoties peregrinaretur in Urbem hospitio Insubris collegii usus sit, et quomodo inter officii sui munera atque, extra dioecesim, sollicitudines, post visitatum Apostolorum sepulcrum et veneratissimum senem, praedecessorem suum, sollatum inveniret apud alumnos illos, singularis pietatis non minus quam sapientiae specimen praefertentes. Ne tamen superbia vinci sinerent, ne altiora appeterent; quin imo ad res humiles ac demissas intenderent: quae enim Deum petunt, omnia, licet minima, celsitudinem, quae una vera est, apud Eum consequuntur. Rogat lacrimans ut preces Summo omnium Auctori tollant, qui si servorum suorum ultimum ad sui vicarii munus in terris gerendum evexit, Ipse parem fortitudinem ad crucem ferendam concedat, quam summae voluntati obsequens is erat amplexatus. — Paterni animi perturbatio animos filiorum pervadit; sed Pontifex, brevi serenus et subridens iterum factus, ad singulorum res liberaliter verba deflectit. Leonorius, qui non minori humanitate ab eo paulo post exceptus est, concludit: « Novi Pontificis erga filios simplicitas et comitas ita animum incitat, tantum amorem in Virum conciliat, ut facile coniici possit, maximam auram popularem Ei brevi accessuram, quae, vere *ignis ardens*, humanum genus ad beatitudinis pacisque portum fausto omne adducat ».

(1) Novo pontificali regno, novam hanc rubricam instituimus, quam nulla intermissione prosequemur; eritque regni ipsius commentarium integrum atque absolutum, pluribus quidem sociis utile, omnibus, uti confidimus, non inieundum.

— die VI circa merid. gratulationes et vota Summo Pontifici sollemiter tribuantur ab universarum gentium legatis in Urbe degentibus. Exēmī vir Martins d'Antas Lusitanus, legatorum decanus, Pontificem alloquitur, qui gratias concinne agens, se confidere protestatur legatorum coetum operam secum conlaturum, ut magis magisque pax, pignus bonorum omnium, inter populos firmetur. Intime deinde cum eo colloquuntur Purpurati Patres Augustinus Richelmy, Iulius Boschi, Aloisius Macchi, Aenidius Taliani, Sebastianus Netto, Patr. Lisbonen., qui deinde Lusitanum Seminarium ad pedis osculum introducit. Post hosce SS. D. N. collegium Protostellariorum apostolicorum recipit.

Post meridiem Marianus Card. Rampolla atque Hieronymus Card. Gotti diu cum Pontifice versantur; Franciscus De Federicis eius imagines photographice exprimit; tum admissi sunt coram Sanctissimo Anastasius De Charette dux, R. P. Henricus Radaeli e S. I. aliique insignes vii.

R. D. Ioannes Bressan inter intimos Pontificis Capellanos adnumeratur.

— die VII mane Pontificem adeunt Purpurati Patres Jacobus Gibbons, Angelus Di Pietro, Dominicus Ferrata, Petrus Respighi, Alfonso Capecelatro, Cyriacus Saneha y Hervas, Andreas Aiuti, Benedictus Langeneuk, Franciscus Richard, Iosephus Labouré, Victor Lecot, Franciscus Desideratus Matthieu. Praeterea exēmī dñi Petrus Gasparri, S. Congregationis rerum ecclesiasticarum *extra ordinem* a secretis, cum suis accessis; et Ioannes Baptista Lugari S. Officii Assessor.

Post meridiem Purpurati Patres Georgius Kopp, Antonius Fischer, Ioannes Kaschthaler, Leo de Skrbensky, Antonius Gruscha, Ioannes de Kozielsko Puzyna, Iosephus Martin de Herrera, Dominicus Svampa, qui primores aliquot civitatis Bononiensis secum adducit, Achilles Manara.

— die VIII audiuntur Purpurati Patres Vincentius Vanutelli, Petrus Lambertus Goossenz, Ioannes de Kozielsko Puzyna iterum, Januarius Portanova, Iosephus Francia Nava de Bontifé, cum nonnullis Cataniensis viris; praeterea exēmī dñi Camillus Rospigliosi, princeps urbanus atque nobilium stipatorum dux supremus, cum uxore et liberis; Franciscus Andreazzia, oppidi Riese curio, pluresque Venetiarum atque Tarvisii incolae, Romanum venientes ut civitatis suae personam gererent in solemnibus Pontificiae coronationis. Venetis SS. D. propositum sum confirmat Patriarchatus munus apud se retinendi.

— die IX Pius PP. X sacris in Vaticana basilica latus, ibidem tripli diademate cingitur, adstante immensa populi multitudine, quae ad sexaginta hominum millia et ultra computatur. Coronationis ritus et forma alias in huius commentarii fasciculo describuntur.

R. D. Rinaldus Angeli apud Leonem PP. XIII intimus, inter Protonotarios Apostolicos ad instar participantium adnumeratur.

— die X mane Pontificem invisunt Purpurati Patres Antonius Gruscha, Augustinus Richelmy, Iulius Boschi, Aloisius Tripepi. Vespre, in intima Pontificis cubicula admittuntur Patriarchalis Veneti Capituli, Capituli Tarvisini, Mantuan, Uticensis atque Seminariorum Patavini legati; deinde in aula Clementina peregrini Veneti omnes, quibus se commotum Pontifex declarat ob filialis amoris hoc signum, atque iterum ad se vocat in posterum diem, ut sacrosanto missae sacrificio adsint, quod Ipse in Paulino sacerculo erit celebraturus.

— die XI, hora octava, postquam sacra peregit atque eucharisticum cibum adstantibus in Paulino sacerculo distribuit, aestu, labore animique concitatione oppressus, Pontifex languente spiritu quasi exanimis visus est. Brevi tamen refectus, trepidantes circum confirmat, atque in suas aedes pedibus reddit. Medicis ut aliquot dies quieti se tradat suadent.

— die XII, optime iam valens, primo mane, diu in hortis Vaticanis spatiis silvestribus insistit.

— die XIII, deambulatione renovata, in throni aula Nicolaum Szécsen de Temerin, Austrorum legatum,

publicas muneras sui litteras tradentem, sollemitter excipit, deinde secum ducit colloquuntur in intima cubicula. Eodem ritu, vespre, coram se admittit exēmī viros Garcia Mansilla, Argentinea civitatis legatum, Aloisium Garabelli Uruguanae reipublicae Berolini administrum, et Ioannem Mariam de Goyeneche, cum liberis mandatis Peruviani populi legatum, omnes apud novum Pontificem singulari missione auctos.

R. D. Michaelum Lega S. C. Tridentinis decretis interpretandis alterum a secretis renunciat.

— die XIV mane audit Purpuratos Patres Petrum Respighi in Urbe Vicarium, Josephum Calasanctum Vives y Tuto, Salvatorem Casañas y Pagès, atque exēmī viros Diomedem Panici, Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et Gregorium Haggear, Archiepiscopum Ptolemaiden. Melchitarum; vespre autem Georgium Szembek, Episcopum Plocensem.

— die XV sollemini ritu publicas de singulorum munere litteras accipit ab exēmī Hispaniae, Bavariae Russiaeque legatis.

Congregationis S. Apostolicae Visitationis a secretis dicit r̄num virum Philippum Gentili; assessorem autem r̄num virum Dominicum Crocicchia.

Qua semper fuit pietate in egenos, pauperibus qui Urbem incolunt centum libellarum millia largitur.

ACTUARIUS.

AENIGMATA

I.

Armigeros comitor, sed Martis praelia vito. Rho mihi subiectas! Cito frigora pello maligna.

II.

Garrula sum volueris. Frontem mihi sigmate adauge]: Matura segetis culmina summa nota.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVCTA LATINITATE.

Aenigmata an. VI, n. XI proposita his respondent:

1) Latro; 2) Viola.

Ea rite soluta miserunt:

I. B. Pesenti; A. Avoli, *Roma*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Mich. Fusco, *Formicota*. — Coll. Scholarum Piarum *Stellae*. — Princeps Gordon, *Mancunio*. — Aemil. Gschwind Sch. Piar, *Praga*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — Ios. Cizek, *Einsiedl*. — Ios. Wilhelm. Battie. — D. Le Provost, *Briocen*. — Ios. Sobczynski, *Katiz*. — Ios. Czudek S. I., *Brzozow*. — Eug. Sosio, *Bornio*. — Ang. e Landione, O. F. M., *Condignaco*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Ios. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — Herm. Gini, *Aquis Taurini*. — Ad. Huza, *Grybovia*. — Fr. Franciscus *Seitano*. — Iul. Sernatinger, *Dresden*. — Alex. P. Gest, *Lambertville*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Verzelinas*. — Fr. Benedictus C. SS. CC, *Simpelveld*. — Ign. Aguilar, *Morelia in Mexicana Republica*. — Civis Romanus, *Limbach*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Raph. Astorri, *Firmio*. — Adalb. Skrzypkowski, *Sicinice*. — St. Lawiuski, *Niemzolow*. — St. Figielksi, *Prasnyso*. — Ios. Sismundo, *Augusta Taurin*. — Dom. Farese, *Neapoli*. — Instituto Provincial de Figueiras. — Petr. M. de la Garza y Garza, *Monterrey in Mexicana rep.* — Th. Montanari, *Mentefano*. — Leo Clugnet, *Iresnes-les-Rungis*. — Mich. Vidal, *Palma in insula Majorica*. — Ant. Lassota, *Sutrio*.

Sortitus est praemium

Ios. Czudek,

ad quem missum est opus, cui titulus:

IOANNIS BERNARDI VIGI
DE SINDONE TAURINENSI
CARMEN.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA.

Qui premium uti supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

eligit insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diritorio Reipublicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.